

mus necesse nō esse, transpositam affirmationem. Patetq; simplicem hanc negationem, nō necesse esse, in eum locum quem in superiori tabella hæc, non necesse non esse, obirebat at nobis trāpositum iri, quo fit ut propositiones omnes omnibus consonas reddamus. Ceterum, ne quis quo pacto illam, non necesse esse sequi non posse ex hac, possibile esse hoc præsumpto, oītēdebanus, possibile esse, illi necesse esse succedere, eodem modo neque illam, non necesse non esse ex ea progressi demonstrari posse arbitretur, illud addit. Id enim uel de hoc, necesse est esse, uerum est. Haud enim animis absurditas contingit, si ex hoc necesse esse, illud, possibile esse sequi dicamus: ex hoc uero possibile esse, illud, nō necesse non esse, quippe has ob res uero uenier, ut hoc non necesse non esse, illi, necesse esse, conseq̄uenſis fit: quod non solum absurdum non est, sed etiam uerum. Nam quod existentia habet necessariam, nequit hoc necessariam quoque priuationem habere existendi.

## P R O S C R I P T I O V E R I O R M O D U M A D H I B E N T I V M P R O P O S I T I O N V M C O N S E Q V E N T I A .

### P A G E L L A .

#### P R I M A

Possible esse.

Contingens esse.

Non impossible esse.

Non necesse non esse.

Possible non esse.

Contingens non esse.

Non impossible non esse.

Non necesse esse.

#### S E C U N D A

Non possibile esse.

Non contingens esse.

Impossible esse.

Necesse non esse.

Non possibile non esse.

Non contingens non esse.

Non impossible non esse.

Necesse esse.

Verum his ita prodiit, iure per ea qui sequuntur querit Aristo, utrum hæc, possibile esse, sequi illam, necesse esse, an non sequi dici conueniat: propterea quoniam hæc ambo uera esse non possunt. Horum autem uidetur utrius communire: alterum abdictione ad impossibile: alterum rectâ: dicitur.

Ceterum quaequerit quidam an huc, necesse esse, conseq̄uenſis illud sit, possibile esse: nisi enim sequatur, contradictrio, non possibi le esse, conseq̄uetur. Ac si quis non hanc esse contradictionem patet, illud necesse est fateatur, possibile non esse, quorum utrumque de hoc, necesse est esse, falsum pronuntiat. At uero contra possibile esse idem fecari uidetur, & non fecari, & non esse, quas propter quod necesse est esse, id contingat non esse: quod falsum est. Constat igitur non quidquid possibile est vel esse, vel ambulare opposita etiam posse: sed esse in quibus uerum non sit, primum quidem in iis que non per rationem possunt. ut ignis calefactorius est: potestem obtinet rationis experientia. Comptes igitur rationes facultates & eadem plurim, atque contrariae sunt. ratione carentes, non omnes: sed, quemadmodum diximus, calefacere non potest ignis, & non calefacere: nec quecumque alii semper agunt. Possunt tamen nonnulla quoque irrationib[us] predita facultatis opposita simul suscipere. Verum hoc illius gratia prouidimus, quod oppositarum non omnis capax uis est: nec que sub eadem specie dicuntur. Sunt uero quedam aequinoctiales potestates. Nam possibile, non simpliciter appellatur: sed alterum quia uerum est, seu quod actu existat: ut possibile est quenquam ambulare, quoniam ambulat: ac demum possibile est esse, quoniam id actu am est quod possibile esse perhibetur. alterum uero propterea quoniam ageret: ut ambulare possibile hunc esse, quoniam ambu-

laret. Atque haec quidem in solis mobilibus uis inest: illa uel in ijs que nequaquam mouentur. Virunque autem potens ambulare aut esse, tum quod ambulat iam atque agit, tum quod gressile est uere dixeris. Itaque quod possibile est hoc modo, minime uerum id de necessario simpliciter nominare: uerum autem est alterum. Quia obrem quoniam particulari conseq̄uenſis uniuersale est ipsu[m] esse posse ex eo quod ex necessitate est sequetur, uerum non omne.

Cum ex quatuor necessarii propositionibus hanc solam, non necesse non esse, posse ex hac sequi probaret, possibile esse ex aliis nullam primum quidem hanc, non necesse esse, non sequi ex ea posse demonstrabat: afflumebatq; huic, necesse esse, conseq̄uenſis est illud, possibile esse: id est per abductionem ad impossibile asterebat, quam nescie etiam honestatem ad memoriam reuocare, adducitq; illam maiorem studio, cum ex cautione abundante adiiciat, tametis quis huius, possibile esse non hanc, non possibile esse uerum illam, possibile non esse, negationem esse, arbitretur, nihil tamen ob id plus illi accertum: fateri enim cogetur is, quod necesse dicimus esse hoc, ut possibile sit non esse fore nonnumquam quod à ratione planissime abest. Tum deinde cum ad affirmations transiret necessarii confutandas, quasi illi consonans esse esse, harum utralibet possit, contrarium proxime dictis pronunciabat: quod ipsum quoque per hec repetit, nimurum quod necesse est esse, id ut quandoque non sit, esse impossibile: quo modo quod necesse est non esse impossibile esse, ut aliquando sit, quod uero possibile est esse, ex eostum quæ alias sunt, alias non sunt numero censi. eoque fieri ut ruris nō hoc etiam, possibile esse, ex illo, necesse esse, has ob res conseq̄uerat. Quæstione igitur soluenda, in causa esse affirmat possibilis & quicquidationem, ut rationum appareat contrarietas, quæ sequi possibile ex necessario, curvusq; alio sensu, atque alio non sequi contingit. Namque possibile par tim & inequit inquit quod adū iam est, ut cum ambulare dicimus posse ambularem, Solemque illustrare posse, uel moueri partim per facultatem atque aptitudinem duntatax, ceu cum ambulare fedentem posse, & ambulantem posse dicimus non ambulare. Sed eius quod adū constat alterum cognati esse, ac natura insitum rei quæ ipsum posse perhibetur, eiusq; spe cœcum, alterum adventitium, nec semper præsentis subiecto. Atq; natura quidem insitum formamq; subiectis ut diximus, largientis, æternum hoc esse atque in ceteris rebus subsistere: ut coelum in orbem moueri, uel terram in medio sitam esse uniuersi, uel Deum bonum esse. illud non quidem æternum neque in subiectis æternis cōspectabile, quod tamē donec fuerint subiecta cum illis existit, uelut cum hunc ignem posse dicimus calefacere, & niuem hanc refrigerare, cum relis quæ uidelecti eius quod adū est significati, nempe in subiectis non natura conditi, in iis consideretur, quæ ex potentia in actum transfere, quo modo fedentem ambulare posse dicebamus. Ruris eius quod in sempiternis dicitur rebus, alterum in subiectis à materia prorsus abstractis inquit spes etiæ, ut deorum bonitatem intellectiōemq;, alterum proxime me ab illa pendere, atque exire in corporibus quidem, ue rum similibus, & que nihil habent contraria, semperq; fo lo circulari motu agitantur, suntq; ab omni molesta mortali rerum excepta. Eius uero ruris quod à facultate emat, alterum id esse affirmat quod mutari potest in actu: si cum puerum in Imperatore dicimus posse euadere: nisi externa re aliqua impeditatur, alterum, quod nunquam ad actuū promovetur: sed ipsum esse in hoc solum obtinet quod facultate sit, uelut in magnitudini omniumq; subiectis continuorum sectione in infinitum: progressuq; numerorum in ampliorē multitudine. Cum igitur tot ueritati differenti possibile, significata sequi eius ex necessario quædam sit: alio non sequi. Nam quæ prædicta de actu existentibus possibilia in iis quæ subiectis sive sempiternis, sive corruptibiliis ex suis natura insunt, dicuntur, hæc in iis etiæ quæ ex necessitate sunt uerum fateri: propterea quoniam sunt, & ipsa ex necessitate, quasi non accipi illa contenta habere, ac non esse possint, haud enim potest ignis calis Ammon. in Periher.